



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Archadius M. 12. Ianuar.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

IAN.  
I A-  
tem-  
medius  
volu-  
arimis  
mira,  
nt, &  
taphr,

Ianu.

atrum  
m di-  
spites  
s Re-  
s pal-  
i, her-  
cūm  
s pa-  
rtiani  
leesse  
barbā  
nenti  
queri,  
simul  
a hoc  
nūjus  
nque  
cūm  
IEO-  
tissi-  
sem-  
n sti-  
ium.

12. IAN. *Vitæ Sanctorum.* 37  
pendium. Iam mortis memoriam suis  
impensè commendavit. Eum in finem  
sepulchruin quandoque fieri jussit, ro-  
gavitque ecquis eo tumulari vellet. Vo-  
luit Basilius quidā, qui mox suavissimè  
excessit è vita, nec tamen in odeo sacro  
vel videri, vel audiri desiit. Prænobilis  
matronæ filio, dum inter pueriles lu-  
dos, lapsus in fontem cadit, absens  
THEODOSIVS, adfuit tamen specta-  
bilis, & ne aquis mergeretur innocen-  
tia, cavit. Vestis ejus cilicina militum  
Duci vicem loricæ fuit, & victoriam  
peperit. Sed & tibi contra hostem in-  
testinum victoriam spondeo, si simili  
utaris loricā. *Ex Surio.*

S. ARCHADIVS M. 12. Januar.

M

Ore Solis virtus hoc pulchriùs ni-  
tet, quò diutiùs latet, Testem AR-  
CADIVM adduco. Hic sàventibus  
ubique terrarū in Christianos tyrannis,  
sive homo timore aliquo, sive CHRI-  
STI mandato inductus, posthabitis fi-  
dei fortunis omnibus, fugâ se subduxit,  
& aliquandiu latebras habitavit. Sed  
nimirum ut vinceret fugit; ex latibulis  
suis velut insidiis hostem expectavit.  
Etenim cùm irruptione in domū factâ,  
& non reperto ARCADIO, ad tribunal  
de amicis ejus quispiam raperetur, con-  
tinuò adfuit; circumventum inexspe-  
ctatò tyrannum graviterq; increpitum  
C 3 jussit

38 *Vita Sanctorum.* 13. IAN.  
jussit omnes pœnas in se experiri : acie  
tormentorum instrueret tyrannus , in  
genio etiam certaret , in auxilium alios  
etiam tyrānos evocaret, omnes in sub  
fidiis carnifices constitueret : sese uni  
cum contra omnia tormenta etiam nu  
dum staturum, solā patientiā pugnatu  
rum , ostensurumq̄ue eā dimicatione,  
quantum inermis Christianus omnibus  
minis, & tormentis armato tyranno  
præstaret. Desperavit jam tum judex de  
victoriā , & sententiam tulit, quā ma  
nibus ac pedibus mutilari ARCADIVS  
jubebatur. Hic fixis cælo oculis inter  
divinas laudes, supplicii locum magna  
nimus petiit, membra ad lanienam ipse  
nudavit, ipse singula truncanda exhibi  
bit; itaq; sanguinis sui purpurā splen  
didus, sine pedibus ad martyrum tamē  
partes transivit, sine manibus palmam  
tamen cepit. S. Zeno Ep. Veron.

S. GODEFRIDVS COMES,  
13. Ianuarii.

Devxit GODEFRIDVS Cappenberg  
ensis Comes genus suum è Regio  
sanguine. Prædantium fuerum militum  
licentiam, si quisquam aliis , frenavit,  
gnarus militum prædam Ducis esse fur  
tum. Arcem suam in cœnobium ver  
tit, & D. Norberti familiæ transcripsit,  
cum omnibus fortunis, quibus præcla  
rūm auctariorum una cum fratre Ottone  
ipse